







1  
13  
16  
17  
18  
19



1678

15<sup>a, b, c, d, e</sup> Mullerus, Petrus: De frigoreculo. 5 Exempl. 1678,

1702, 1707, 1731? 1744.

16. Mullerus, Petrus: De fuga.

17<sup>a, b</sup>  
= Mullerus, Petrus: De philantia . . . .  
2 Exempl. 1678? 1680.

18. Mullerus, Petrus: De principum Germaniae  
legationibus.

19<sup>a, b, c, d</sup> Mullerus, Petrus: De poenitentia ecclesiastica

4 Exempl. 1678, 1688, 1700, 1712.









1798.

3/16  
A

DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**FRIGUSCULO**

Von

**Galt-Sinniger Siebel**

Quam

PRÆSIDE

1678, 157  
C

**PETRO MULLERO,**  
U. J. D. & PROF. PUBL.

ad d. Mart.

IN ICTORUM AUDITORIO

*publicè ventilandam proponit*

**JOHANN GEORG BREM**  
Altenburg, Misnic.

JENÆ,

Typis PAULI EHRICHI, 1707.



DISSERTATIO JURIDICA

FRIGUSCULO

1711

FRIGUSCULO

PETRO MULLERO

JOHANN GEORG SPERD



I. N. 7.

## PROOEMIUM.

**S**icut lignum rectum cum curvo aut curva duo inter sese convenire nequeunt dicente Musonio. Stob. *serm.* 78. ita non possunt alere concordiam discordes animi. Nunquam sane à Plin. *l.* 8. *Ep.* 5. eam esset consecutus laudem Macrinus, quod cum uxore vixerit annos 39. sine jurgio, sine offensa, nisi omnem discordiæ occasionem dissipare sedulo desudasset. Jure igitur cum Horat. *l.* 1. *Od.* 13. eundem omnesque illos vocabimus

*Felices ter & amplius,  
quos irrupta tenet copula, nec malis  
divulsua querimonis  
suprema citius solvit amor die.*

Enimvero, ut nulla ætas tam grata est tamque jucunda, quin & suos habeat nonnunquam imbres, nimbos, suas etiam procellas & turbines; ita vix ullum transigitur conjugium sine omni planè frigusculo. Nam dicto Te-  
*Eun.* 1. 1.

*In amore hæc omnia insunt vitia: injuria,  
Suspiciones, inimicitia, inducie,  
Bellum, Pax rursus.*

Hoc igitur, quia frequentissimum usum habet, nullibi tamen hætenus speciatim expositum vidi, pro tempore & viribus elaborare sum aggressus. Imploro interim ad fidentiam divinam, cujus ope auspicio

A 2

CAPUT

CAPUT. I.  
conticens  
DEFINITIONEM NOMINALEM ET REALEM.  
Th. I.

*Frigusculum unde dicitur.*

**U**T Res feliciter explicetur, placet *Nominis* præmittere *natales*. Quod Frigusculum debere vocabulo *Frigu* nemo ambigit: Præterquam enim, quod & frigus quandoque languorum in amando, dissenitunculam & offensionem significat, uti eodem utitur Sueton. in *Aug.* 66. hanc quoque istius reddit rationem Rævardus: quia existente frigusculo frigeret affectio conjugalis, rei familiaris cura; frigerent etiam mariti & uxoris officia, donec ad concordiam reverterentur.

*Variè legitur.*

Th. II. Variam videmus lectionem apud Authores. Alii quippe cum nostro Imperatore legunt *Fribusculum*. *l. 32. §. 12. de donat. inter Vir. & Uxor.*, alii *fribolum*, *Isid. orig. l. 9. c. 8. n. 40. friviculum, frivusculum, frivinsculum, frivolusculum, friunsculum.* vid. *Non. c. 5. Barnab. Brisson. in Lex. Jur. & Martin. Lex. Philof.* Quorum etsi quisque suam habeat rationem derivationis, nobis tamen, eò quod rem satius videatur exprimere, cum *Vossio Etymol. ling. lat.* magis arridet *Frigusculum*.

*Synon:*

Th. III. Vocatur aliàs *jurgium* in *l. 31. ff. de Jur. dot.* ubi *Göthof* notat *divortii & jurgii* differentiam. Non enim quodvis *jurgium* *divortium* facit; *Divortio* matrimonium esse definit, at non *jurgio*. *l. 27. ff. de pact. dot.* ibi: *si liberis sublatis reversa est post jurgium per dissimulationem mulier.*

*Datur etiam inter amicos.*

Th. IV. Quod & *levis amicorum dissenfio* sic exprimi possit, non negamus, præsertim quum vocabulo *frigoris* hoc modo Sueton. *l. cit.* usus fuerit, nec non *sæpius Cicero & Fabius*, testante *Vossio l. cit.* Quia tamen sola *Lex 32. §. 12. de Donat. inter Vir & uxor.* Dissertationem hanc conscribere ansam dedit, lubuit hâc vice eam sequendo illud tantum tractare *Frigusculum*, quod in *matrimonio consummando* æquè ac *consummato* accidere solet.

Th. V.

Th. V. Proinde tam inter sponfos existit quam *Tam inter*  
Conjuges, per quos & illi intelligendi veniunt, qui vivunt *sponfos*  
in matrimonio juris effectibus quibusdam destituto, qua- *quam con-*  
le est v. g. Matrimonium ad Morgenaticam seu Morgen- *juges.*  
gaticam, ut vocat Grotius *l. 2. c. 7. §. 8. n. 3. de Jure B. & P.*  
& hoc modo describi potest: quod fit *Intermissio amoris in-*  
*ter Sponfos vel Conjuges debiti, ita tamen, ut propterea sponsalia*  
*vel matrimonium rescindi nequeat. Differt secundum majus*  
*& minus.*

## CAPUT II.

tradens

### FRIGUSCULUM INTER SPONSOS.

Th. I.

**I**D quod Salust. in Jug. c. 27. ait: *Tam jurgis trahi tem-* *Oritur in-*  
*pus, quam gratia, & sponfi nonnunquam fateri cogun-* *ter Sponfos.*  
*tur; quippe tempus illud, quod est inter votum nu-*  
*ptiale & ejus consummationem, est spatium, quod*  
vacat insidiis Diaboli, calumniis hominum, dissidiis de-  
sponsatorum, rumoribus & diffamationibus vulgi ex qui-  
bus tanquam scaturigine malorum, non possunt non exi-  
stere diligenter cavenda, differente Carpzov. *Jurispr. Con-*  
*stit. lib. 2. def. 132. n. 9.* Hinc paradoxum haud videbitur: a-  
moris calorem nonnunquam sequi frigusculum, & hujus  
onera sustinere illos, qui eò nihil magis fugere satagant.  
Quàm variè autem hoc accidat, testatur quotidiana ex-  
perientia.

Th. II. Inprimis verò, ut præcipuarum causarum *Ob injuriam*  
quasdam allegemus, lites inter sponfos movent *Injuria*,  
quæ tamen vel privatim voluntaria oblivione, vel sub-  
sidio Magistratus sunt conterendæ, nec sufficiunt ad sol-  
vendum perfecta sponsalia. Dedekenn. *in Append. Consil.*  
*Theol. ad vol. 3. Sect. 13. num. 1.* Sed si graves fuerint, tenetur  
pars nocens jussu Magistratus de non ostendendo in-  
posterum præstare cautionem, ut idem monet *l. cit.* Unde  
judicare possumus, quod, quamvis insigniter moveat bi-  
liem, si quis sponforum ab alterius Parentibus verbis inju-  
riosis

riosis excipiatur, non magis tamen dirimi sponsalia quam priori casu.

*Qualem potestatem habeat sponsus in sponsam.*

Th. III. Inquirendum hâc occasione, *an & quatenus sponsus maritalem potestatem exercere possit?* Ex iis quidem, quæ communiter DD. ad tit. *de sponsal.* tradunt, videmus, voluisse quosdam sponsam transire in potestatem sponsi, modo sponsalia fuerint secuta: Quod etiam Juri Naturæ consentaneum esse censet Tiraquellus *ad Leg. Conn. 1.* Quibus tamen tam facile consentire non possumus, sed ante mutuam utriusque conjunctionem maritale imperium non nasci, verius esse putamus: ut proinde moribus nostris sponsus juribus marito competentibus uti frui haud possit. Quam sententiam communem esse Theolog. & Jurorum affirmat Bodinus *l. 1. de Republ. c. 3.* Interim tamen, quoniam Jure Civili de effectibus potestatis maritalis quibusdam participat sponsus. *vid. l. 1. §. 24. ff. de Injur. l. 13. §. 3. ad L. Jul. de adult.* ipsi aliqualem saltem potestatem in sponsam quodammo do concedimus.

*Friguscul. ob abusum potestatis.*

Th. IV. Hâc satis limitatâ potestate si vel minimum abutitur sponsus, Frigusculo dabit occasionem, quare quousque extendenda sit? videndum. Consistit ea solum in *modestâ & miti correctione*, si opus & sorte morum aut alium defectum notabilem subesse intelligat, & sic ad quæstionem, *An possit uti verberibus?* omnino negativè respondendam est. Neque enim potest sponsam quis excipere minis aut injuriis, quam blanditiis ad nuptias allicere debet. *vid. Carpz. in Jurisprud. Consist. l. 2. def. 212. n. 4.*

*Ob diurnam absentiam.*

Th. V. *Absentia* diurna itidem promovet remissionem debiti amoris, & quidem ea, quæ ob varias rationes suspecta videtur. Unde *Qu. Quamdiu sponsa absentem sponsum expectare teneatur, priusquam cum alio sponsalia celebrare possit?* Jure Civili, si nullum certum tempus præfixum fuerit, & sponsus in eadem degit provinciâ, per biennium expectandum erit, quò elapsò, iterum alii potest nubere. *l. 2. C. de sponsal.* Aliud dicentur, si extra Provinciam

ciam vivit, tunc enim triennium requiritur, l. 2. C. de repud.  
Si tamen sponsi iusta & necessaria est absentia, etiam qua-  
drimum vel longius adhuc tempus debet expectare. l. 17.  
ff. de sponsal. l. 60. §. 4. de ris. nupt. add Brunell. de sponsal.  
Concl. 8. n. 3. Covarruv. part. 1. c. 5. in init. num. 7. Quod si  
verò ob nimis diurnam sponsi absentiam nuptiæ securæ  
non fuerint, queritur, An sponsalitie largitates ab ipso condici  
possint, si sponsa cum alio contraxerit matrimonium? Non posse  
condici, si iusta absentia causa in sponso deficiat & illum  
per legitimum tempus expectaverit sponsa, hoc Resp. Juris:  
Ob es nun wol von aussen das Ansehen als wann N. beydes  
die arrhas, als auch was Sie sonst ex largitate sponsalitia von  
Ihm bekommen mit recht wiederfordern könte, gleichwol hat N.  
oder die Seinigen an O. nichts zu fordern von Rechts wegen  
probat D. Tabor. Relat. Argentor. 74. pag. 157.

Th. VI. Minuit insuper veram affectionem, si spon- Ob ineptitu-  
dinem ad a-  
micab. con-  
versatio-  
nem.  
forum alter sentit, naturam alteri denegasse aptitudinem  
ad amicabilem & optatam conversationem. De comperta  
ab aliis inhabilitate & coeundi impotentia, quin si causa  
repudii, non est dubitandum. Magnificus D. Strauv. Synt.  
J. Civ. Exerc. 29. tb. 14. add Carpzov. Juriaprud. Consst. l. 2.  
def. 200. & 201. An verò gravis anhelitus fætor sufficiat ad con-  
cedendum repudium? dubitari possit. Affirmat Mevius Part.  
4. decis. 43. n. 8. add Diana. Resolut. Moral. Tom. 2. Tr. 6. resol.  
15. Quod verò, ut benè monet D. Stryck. in Tr. de Sensibus  
D. 5. c. 2. n. 11. & 12. intelligendum erit (1) si fætor super-  
venerit (2) si sit gravis & molestus, qualis fortè describitur  
à Plaut. in Merc. Act. 3. scen. 3.

Jam plenus etatis, animaque fetida  
Senex hircosus Tu osculere mulierem?

Utine adveniens vomitum excutias mulieri.

Et (3) ut originem habeat ex vitio corporis, & sanari re-  
mediis neutiquam possit, velut ille qui oritur ex oris illu-  
vie. Interim laudandæ hoc casu essent sponsa, si, quod  
de Cœli Duellii uxore legitur, hoc vitium omnibus innatum  
putarent viris, & sic tanquam commune & inevitabile  
malum

malum patientiâ vincerent. Similiter dissolvi posse sponsalia ob supervenientem alterius *cacitatem*, patet ex eo, quod habet D. Stryk. *loc. cit. c. 2. n. 6. 7. an verò si alterum oculum saltem amisit liceat resipire?* quari potest. Quod tam facile non permittendum est, ob evidentem partialis & totalis oculorû privationis & resultantis exinde deformitatis aut inhabilitatis diversitatem; nisi propterea matrimonium metuendum esset infelix: hõc enim casu ob quamlibet insignem deformitatem permittunt Dd. repudium. Carpz. *J. Pr. Consi. l. 2. tit. 10. def. 181. n. 4. Cypraus de sponsal. c. 13. §. 67. 68.*

*Frigusf. ob non illatam dotem.*

Th. VII. Videmus hæc Pæsertim ætate *dotem* quæri non tam in pudicitia, quam aurò & argentò & nummis postponi virtutem: quod sane pariter non difficilem causam præbet amoris neglectui; imò, si sub conditione, ut certa summa inferatur, sponsalia contracta fuerint, conditione hæc non impleta, potest resipire sponsus, quamvis solum infortunium huic causam dederit, vid. D. PRÆSES *in Tr. de Annul. Pronub. th. 22.* quod tamen non dicendum de illis, quæ copulâ sunt purificata. *c. per tuas ubi Gl. & DD. de Condit. appof. Magnif. DN. STRUV. Ex. 29. th. 5.*

*Frigusculû excitant Proxenetâ.*

Th. VIII. *Proxenetâ* nonnunquam adscribendum est frigusculum, utpote quorum proprium est, receptâ pecuniâ, non minus ut pictores, ex Rana Dianam facere, ita ut sæpè formosam promittant, quæ est deformis & divitem prædicent, cum labore inopiâ. Hinc etiam Limæus in *Notis. Regn. Franc. l. 2. c. 19.* culpât Illustrium Personarum errorem, quod aliorum relationi, oculis aut pictoris penicillo in hoc passu nimium fidant. vid. D. PRÆSES *in Pres. Dom. Illustr. c. 3. pos. 3.* Neque enim potest dissolvi matrimonium, si contrahens inductus fuerit tali errore, qui saltem versatur circa qualitatem & fortunam. Wesemb. *de rit. nupt. n. 8.*

*Maturus dissensus non dissolvit*

Th. IX. Perfectis sponsalibus ob frigusculum non habet locum *penitentia*. vid. Excellentiss. Juris Antecessor DN. D. ROTK. *in Dissert. Inaug. de Penitentia & Vol. mutat.*

c. 9.



c. 9. adeo, ut nec mutus dissensus diris devotionibus *sponsalia, ut*  
 & execrationibus confirmatus ad dissolvendum sufficiat *nec remisso*  
 l. 8. C. de repud. c. 18. & 26. X. de jurij. Ridenda quoque est *annuli pro-*  
 istorum opinio, qui remissione annuli pronubi aut arrharum *nubi.*  
 dissolvi posse sponsalia autumant; cum hoc ita nequaquam fieri possit, sed potius pactis stare necesse habeant contrahentes. vid. D. PRÆSES l. cit. sb. 29. Nec contrarium obtinet, quamvis alteruter sponforum præter redditionem arrharum se occultaverit: nisi neglectis citationibus diversis sese malitiosum sponsæ desertorem declaraverit; tunc quippe innocenti publicâ autoritate permittitur aliud inire matrimonium. Dedekenn. *Conf. Theol. vol. 3. l. 2. sect. 13. n. 7.* Tantum de Frigusculo inter Sponfos. Plura huc facientia in cap. sequenti tractabuntur, quæ ob affinitatem peculiariter hic itidem explicare opus non fuit.

### CAPUT III.

proponens

#### FRIGUSCULUM INTER CONJUGES.

Th. I.

**E**quidem marito, de omni jure tam divino quam *Potestas ma-*  
 humano, potestas est in uxorem. Tiraquell. *leg. rialis in*  
*Conn. Lea* tamen est exercenda amore & prudentia *quibus con-*  
 quod vult Apostolus *Eph. 5. v. 25. & 28. Petr. 1. epist. 3.* *signat.*  
 & amicum debet esse imperium Viri, quale ante lapsum in Paradiso fingit August. in l. 2. ad Gen. c. 27. dilectionis potius quam conditionis, neque cum uxore agendum est ut cum serva, sed ut cum socia. Arist. 8. *Ethic. c. 10. & seqq.* consideret quippe maritus, quod ipse & uxor sint caro una; nemo autem carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit & fovet eam, *Ephes. 5. vers. 25.* insuper etiam, quod uxor sit socia divini & humani juris. l. 1. ff. de rit. nupt. l. 4. C. de crim. expil. b. ered. Quod si uxor dominetur & maritus vincatur, judicio Augustini in *Psalm. 143.* Pax perversa est; sin autem marito dominantem uxor subjiatur, Pax

B

recta.

recta. Hinc non debet consistere in vi aut metu, qui discutit amorem eamque facit frigidari.

*Permissa est  
avaritia cor-  
ruptio qua-  
dam uxoris*

Th. II. Neque tamen semper debet maritus omnia verba sesamo, papavere ac violis vestire, sed obloquentem mulierem increpare, imò increpidare ei fas est, prout loquitur Mich. Havemann. *de jur. Connub. l. 3. tit. 8.* præsertim cum mulieres, uti à dēva dixit, molendinis similes sint, quibus æquè semper aliquid est, quod emendetur; Leges ergò atque Canones modicam castigationem marito concedunt, *arg. l. 5. §. si. ff. ad L. Aquil. c. placuit 33. q. 4.* Tiraquell. *in l. Connub. num. 22.* Sed talem, quæ liberos homines decet, & quæ animum potius afficiat & commoveat, quàm corpus lædat, *arg. l. 1. C. de emend. propinqua. vid. dist. 44. per tot.*

*Ignoscat  
quandoque  
uxori ma-  
ritus.*

Th. III. Peccanti uxori, quantum fieri potest, nec forsitan delicti gravitas obstat, facilè ignoscat exemplo Socratis Laërt. *l. 2. c. 5.* Videntur enim uxorum delicta ex maritorum culpa sæpius venire. Sic haud abs re Gvazz. *de Civil. Conv. diff. 5.* inquit: Hinc sibi quis certò persuadeat, uxorum errores seu delicta maxima ex parte à maritorum culpa originem trahere: qui plus iusto plenariam connubialium legem observantiam ab illis exigunt, quas tamen ipsi ne minimum quidem observant, inveniuntur enim; qui etsi à DEI manū opratum adepti sunt uxoris consortium: eum tamen adversus illam cum linguâ tum manibus rigorem exercent, eoque utuntur imperiò, quod in servos & catenata mancipia solet usurpari: & si foris, dum sunt extra ædēs, fortè offenduntur, tum domi in uxores id evomunt & pœnas de iis sumunt; erga alios quidem abjectos se gerentes, feroces verò & Leonēs erga uxores. Probe Gellius *l. 1. vitium uxoris aut tollendum aut ferendum est: qui tollit commodiorem præstat; qui fert sese meliorem facit.* Et Ovid, *l. 3. amor. El. 4.*

*Desine, crede mihi, vitia irritare vetando:  
Obsequio vinces aptius ipse tuo.*

*Pidi*

Vidi ego nuper equum contra sua frena ienacem

Ore reluctanti fulminis ira modo:

Constitit, ut primum concessas sensit habenas,

Frenaque in effusus laxa jacere jubas.

Th. IV. Hinc quaeritur, an marito liceat uxorem ex imbecillitate peccantem verberare? Resp. Imperatores Theodosius & Valent. in l. confens. 8. C. de repud. quod verbera in genuis aliena sint, & si mulier se à marito verberibus affectam probaverit, posse eam uti repudii auxilio, quod tamen in Novell. 117. c. 14. postea est correctum. Fatemur eum uxore indignum, qui, nescio quis, dixit:

Nux, Asinus, Mulier, simili sunt lege ligati,  
hec tria nil faciunt recte, si verbera cessent.

Neque tamen possumus negare in casu extremae necessitatis, cum monita omnia sunt frustranea, pro ratione peccati admissi, concessam esse potestatem marito, verberibus moderatis coercere uxorem. Tolet. l. 5. Instr. Sacerd. c. 2. n. 2. pag. 710. Ames l. 5. Conscient. c. 37. q. 5. th. 14. p. 357. Plura hanc quaest. illustrantia possunt videri apud Arnica de J. Conn. c. 7. f. 4. n. 5. §. 9. & Gvazz. l. c. p. m. 439. add. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 20. §. 7. n. 2. it. l. 3. c. 1. §. 4. n. 2. ito Carpz. JPr. Consc. l. 2. def. 212. n. 1.

Th. V. An autem uxor propter alapam acceptam possit petere divortium? bene distinguit D. Strykius Dissert. de Alapam uxor petere possit. lapa c. 2. an culpa uxoris praecesserit, & ita non poterit, quia maritus tunc suo jure fuit usus ac nemini injuriam fecit, l. 13. §. 1. ff. de injur. Neque dici poterit uxor immoderate verberata, quae alapam est passa, Farinac. q. 143 n. 104. an verò uxor nulla culpa praecesserit: tunc si maritus jure suo abutatur, merito eodem privandus erit, per reg. general. quod, quicumque abutitur jure suo, se reddat eo indignum. Ergo si maritus alapas citra causam saepius reiteret, audienda erit, si divortium partiale seu separationem à thoro & mensa petierit, & eo citius quidem, si alaparum tanta fuerit vis, ut & sanguinem elicuerit. Ubi tamen in fine addit: unam atque alteram alapam pa-

tienti animò uxor feret, memor illius: melius esse mala pati, quàm facere. Multo magis autem ignoscet marito infligenti alapam uxor, quæ ignorante marito extra ædes noctu mansit vel Comædiis interfuit. *Nov. 17. c. 8. D. Stryk. de Alapa. c. 2. ib. 2. n. 8.* Correctio quædam ista facit ad virtutem, cum mulier casta vagando meretrix fieri possit, uti Poeta de *Levina* scribit, quæ cum antea castissima esset, domo tamen non contenta, sed nunc Lucrinum, nunc Avernum provecta, nunc Bajas, meretrix facta est:

*Incidit in flammâ juvenemque secuta relicto  
conjuge, Penelope venit, abiit Helena.*

*Uxori an  
conceden-  
dum Impe-  
rium.*

Th. VI. Imperiosæ mulieres ægrè subsunt potestati maritorum, unde rixæ, friguscula & quid non? *Quid si tamen sponsus astu amoris adactus, promiserit, & quidem iuratum, se concessurum uxori suæ imperandi potestatem, an pactum istud servare teneatur?* Resp. pacta, quæ sunt contra jus divinum & bonos mores, etiam si juramento sint confirmata, non sunt servanda. *l. 7. §. 16. l. 38. ff. de pact. c. 18. de jurej. c. 13. qu. 3.* nec ad ea, quæ cum legibus divinis, humanis & ipsa honestate pugnant, quis se obligare potest. *Bodin. l. 1. de Rep. c. 3.* Pactum autem de concedendo uxori Imperio contra jus divinum est, utpote quò marito expressè Imperium concessum legimus. *Gen. 3. v. 16. Epist. Paul. ad Eph. 5. v. 22. ad Coloss. 3. v. 8. 1 Petr. 3. v. 1. ad Corinth. 11. v. 3.* Contra jus Gentium, quippe hòc maritus semper habitus fuit dominus uxoris. *Gudelin. l. 1. de jur. noviss. c. 7.* Item contra jus Civile, hic enim uxores maritos suos appellant dominos. *l. 58. pr. ff. de donat. inter Vir. & Ux. l. 88. §. 2. ff. de leg. 2. l. 12. C. qui posterior. in pign.* Contra jus Canonicum est, quo maritus caput uxoris constituitur. *c. 15. caus. 33. qu. 5.* & mulier disertè dicitur subiecta esse dominio viri, nullamque auctoritatem habere. *can. 17. ibid.*

*Uxor mari-  
to licet in-  
fer. Condit.  
obedire de-  
bet.*

Th. VII. Nec est, quod uxor ortu illustri marito inferioris fortis potestatem maritalem exercenti indigne-  
tur, legitimo enim inito matrimonio, quicumque etiam  
sit,

fit, huic potestati exercendæ idoneus merito habetur, neque enim leges matrimonii inter illustrem & humilem distinguunt. vid. l. 1. C. de dignit. l. 10. C. de nupt. l. 8. ff. de senator. exempla vide apud Myler in Gamolog. cap. 5.

Th. VIII. Ob dotem marito promissam nec solutam <sup>Dos non soluta moros frigifcula</sup> oriuntur. Benè Gail. l. 2. Obs. 87. n. 4. ait: Periculosè peccant eâ in re quandoque ambitiosi parentes, qui in tractatu matrimonii aureos montes pollicentur, nuptiis verò subsecutis & celebratis parum aut nihil præstare volunt. Hinc est, quod hujusmodi matrimonia plerunque sint infausta, perpetuis litibus & jurgiis plena atque funestos exitus habeant. *An autem Maritus ex causa non acceptæ dotis uxorem expellere aut eidem alimenta denegare possit, queritur?* Et ita putant Gail. d. obs. n. 2. Coler. l. 1. de alim. c. 10. n. 5. Schneidew. ad S. fuerat 7. de Action. Myns. Cent. obs. 64. & quod deceptis potius quam decipientibus succurrendum l. 1. ff. de dol. mal.. Humanior tamen & æquior videtur contraria sententia. Quamvis enim dos pro oneribus matrimonii constituatur, illud tamen non propter dotem contrahitur, illaque cohabitatio non à dote, sed ab ipsa lege naturali & divinâ & ex ipso matrimonii contractu oritur; adde quod Christus Matth. 5. omne divortium vocaverit illicitum extra causam fornicationis. vid. D. Meerbach. Diss. sub Præf. Magnif. D. STRUV. de jur. divort. c. 5. l. 36. & si maritus gratis, vel propter Deum aut honestatem publicam, uxorem alere recuset, amorem, opera conjugalia, puerperia, obsequia, officia & operas uxoris æstimet, atque inde ad alimenta se obstrictum agnoscat. Henn. Grossl. qu. Jur. dec. ad. 2. qu. 5. imo licet promissam dotem non solverit, talis tamen verè est manet, utique etiam jura uxoris habet l. pen. pr. & l. 1. C. de repud. Huic sententiæ subscribunt Francisc. Hotom. in tr. de dol. n. 71. & 72. per Nov. 22. c. 7. Nov. 53. c. 6. Novell. 117. c. 3. Alber. Gent. l. 6. c. 5. Fachin. l. 3. Controv. 48. Beuff. de matrim. c. 66. Sanchez. de matr. 9. d. 5. n. 17. Covarruv. p. 2. c. 7. n. 2. Hunn. ad Treutl. vol. 2. disp. 7. l. 5. qu. 37. ubi ad contraria respon-

det, novissimè DN. Fabricius *in Repetit. Guil. l. 2. obs. 87.*  
Confil. Theol. Witteb. *part. 4. pag. 90.*

*Ratione bonorum existunt jurgia*

Th. IX. Quandoque ratione bonorum inter conjuges lites crescunt, puta si tempore sponsaliorum ita conventum fuerit, ut futurus maritus certa bona, quæ sunt mulieri propria, utenda fruenda habeat, donec ad pinguiorem fortunam pervenerit, postmodum uxor ditio-rem factum maritum asserat, nec probet, repetatque bonorum suorum administrationem, & si renuat maritus, uxor non debet divertere vel abesse, cum discedere non possit, nisi ob fornicationem. *c. uxor. caus. quod in omn. 32. qu. 7.* Elegans respons. vid. in Conf. Witteb. *P. 4. p. 5. 2.* Pariter ex divisis bonorum dominiis & administrationibus solent subnasci discordiæ semina. fatente Scip. Gentil. *l. 1. de donat. inter Vir. & Ux. c. 15. ad fin.*

*It. ob denegationem debiti conjugalis.*

Th. X. Inprimis etiam ex denegatione debiti conjugalis oriuntur jurgia. Officium mariti inter alia est, præstare uxori debitum naturale, & maximum ac præcipuum fœminarum munus est, concipere aut tueri conceptum *l. queritur 14. §. 1. ff. de edilit. edict. l. 2. §. 1. C. de ind. viduit. toll. nec enim ob aliud, ait Augustinus, fœmina nubit, quam ut mater fiat, unde & matrimonium dictum Schönborn. l. 1. Pol. c. 6. neque uxor illud denegat marito: ita Catullus in Epithal. Jul. & Tull.*

*Nupta tu quoque, qua tunc  
vir petet, cave ne neges.  
ne petitum aliunde eat.*

Conjux conjugii debitum conjugale serio ac rationabiliter petenti reddere tenetur, hæc enim obligatio pertinet ad bonum fidei conjugalis, secundum quam conjuges inter se conjugii usum præstare debent, teste Apost. *1. Cor. 7.* uxori vir debitum reddat, similiter autem & uxor viro, idque sive expressè petatur, sive tacitè, ut cum uxor præ reverentia verbis expressis petere non audeat, explicante S. Thom. *in 4. dist. 32. q. un. a. 2. qu. 1. Navarr. c. 16. n. 26. & tradente P. Laymann. Theol. Moral. l. 5. tr. 11. p. 3. c. 2. num. 1.*

Con-

Confessionarius interdum Coniuges de præstatione huius debiti commonefacere debet. Levior autem est injuria, si Coniux Coniugem petentem precibus avertat, si id non ægrè nimis videatur satorus. Sanchez. *l. 9. Disp. 2. n. 10.* Laym. *l. cit. & ibid.* plura. Nimia tamen multiplicatio prolis ordinariè non excusat à redditione debiti Coniugalitatis, nisi accedat mutuum pactum. Id. *l. c. n. 16.* Licetè alias denegari poterit, si debitum reddituro grave salutis corporalis periculum timeatur. *Ibid. n. 5.* Idem licet Coniugi adultero denegare, *n. 3 & 4.* Quid si verò Coniux leprosus fiat, an alter Coniux sanus omninò sit liberandus ab obligatione debiti præstandi? Negat Laymann. *ibid. n. 6.* exceptis quibusdam casibus. Amplexum tamen connubialem partem sanam præstare non cogi, æquum videtur Gothofredo ad Schneidew. *7. de Patr. potest. l. ii. C.* durum enim est, ut coniux sanus contagioso conjugalem amplexum reddere teneatur: nec licet malum facere, ut eveniant bona. Aliud dicendum in sano, si pertinax & omnimoda denegatio debiti sit, tunc enim separatio locum habet, uti responderunt Tubingenses ap. Besold. *Vol. 3. Conf. 27. DNN.* Theologos Jenenses anno 1668. pronunciaffe refert D. Richter *Vol. 2. part. 1. Conf. 26.* Si ligatio ligularum das Nestel knüpfen / procurante Diabolo, minus aptos fecit conjuges ad præstandum debitum, æquo ferendum est animo, nec propterea fieri potest separatio. vid. D. PRÆSES in *Ann. Pron. ib. ult.*

Th. XI. Rixandi & irascendi ansam habere videtur *Ex negligenti*  
maritus, si uxor partum non benè tnetur, causamque dat *tia partus*  
abortui. Quod fieri solet, vel per cincturam nimis stric- *surgit fr-*  
tam, ut Coriolani Neptis; vel per saltationem immodi- *gusculum.*  
cam ut Curiæ triumphantis soror; vel per variorum cibo-  
rum injurgitationem, ut soror C. Divillii. Val. Max. *l. 4. c. 6.*  
Guevarr. in *Horol. Princ.* Schönb. *Polit. l. 1. c. 8.*

Th. XII. Nascuntur etiam sepius jurgia propter oscu- *Oscula ex-*  
la extraneo infixam, quoniam eadem ceu gladiatoria Ve- *traneo fixa*  
neris & libidinis antecœnia Taubm. ad *Plant. Curc. Act. 1. movent fixa*  
*sc. 1. spicium.*

sc. 1. v. 5. inter ipsissima adulterii proemia referuntur, DN. Hekel. *eleg. disc. philol. de Osculis c. 6.* & nihil dicente Petronio *Satyr. c. 68.* ad incendium gravius osculò, quia fatiari nequit & spem dulcem suppeditat, imò ea quæ oscula non negat, nec tandem negat cætera. Gruter. *in Bibl. Exul. sub tit. Osculi.* Ut propterea velint Jctorum nonnulli mulierem, quæ aliquem præter maritum se deosculari passa est, dotem non secus ac propter commissum adulterium perdere. vid. D. Stryk. *Tr. de Jur. Sens. d. 7. c. 5. n. 10.* Habeat ergo conjux, quod irascatur, nisi mos regionis præbeat excusationem, uti Andr. Hereboord *Exerc. Eth. 44. th. 4.* judicat, apud Batavos hodiè in usu esse, advenientes osculari, illaque oscula innoxia esse, & absque libidinis titillatione, solius officii causa castè impigni posse; ut ibi locum habeat dictum Plauti *Curcul. Act. 1. sc. 1.*

*Osculando quadam non sit impudicior.*

Add. D. PRÆSES in *Commentat. de Osculo Sancto. cap. 8. num. 3.* Multo magis caveat à *litteris amatoriiis*, quæ magnam suspensionem præbent: an & quatenus ad fœminam missæ, sint adulterii vel stupri indicium? vid. Bocer. *de quæst. & corr. p. 271.* Menoch. *l. 5. Præs. 41. n. ult.* Mascard. *de Probat. Vol. 1. Concl. 64. n. 20.*

*Zelotypia  
obstat amo-  
ri Conjug.*

Th. XIII. Diffidentia fidei conjugalis seu *Zelotypia* summo perè disturbat amorè, & maximas movet lites. Supremus omnium fœminini sexus affectum esse traditur à Scal. *3. Poet. 14.* & inter mulierum proprias & peculiare animi perturbationes *Zelotypiam* reponit Plutarchus *lib. de tranqu. anim.* Honoris tamen, quem præstare debet uxor marito, sequela & pars est, ne ex levi causa suspensiones concipiat, vel se *Zelotypiæ* subjiciat. Præterquam enim, quod ea res occasionem præbet alienationis animorum, pericula etiam non levia inde nasci solent. Schönborn. *Polit. l. 1. c. 6.* Rex Arragoniæ Alphonfus dicere solebat, ita demum matrimonium tranquillè citraque querimonias exigi posse, si maritus furdus fiat, uxor cæca. Innuens, opinior, fœmineum genus obnoxium esse *Zelotypiæ*,



piæ, atque hinc oriri rixas & quærimonias: rursus maritis permolestum esse uxorum garrulitatem; qua molestia cariturus sit, si fiat surdus, nec illa vexabitur adulterii suspicione, si careat oculis. Manut. in Apopht.

*Hoc quidem maximum: Nunquam oportet virum sapientem*

*nimis custodire uxorem in penetralibus domus.*

Menander.

*Dure vir, imposito teneræ custode puellæ,*

*Nil agis: ingenio quæque tuenda suo est:*

*Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est,*  
*qua quia non liceat, non facit, illa facit.*

*Ut jam servâris bene corpus, adultera mens est:*  
*ne custodiri, nî velit, ulla potest.*

*Nec mentem servare potes, licet omnia claudas,*  
*omnibus exclusis intus adulter erit.*

*Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas*  
*Semina nequitiæ languidiora facit.*

Ovid. l. 3. Eleg.

Th. XIV. Unde colligere licet, quanta incommoda & inimicitias Polygamia, si unquam permitteretur, secum latura sit. Nam ubi Zelotypia animos Cohabitantium transversum agit, & suspicio amicitiaæ fœdus divellit, quid ibi expectes præter odia, dissidia, rixas & in apertam ruinam defituras insidias? Documenta nobis sunt sanctorum Patrum matrimonia. Non prius enim conscenderat lectum Heri, Agar, quam Zelotypia Saræ sese exerere ceperrat, Gen. 16. vid. Arnif. de jure Connub. cap. 4. sect. 3. n. 10, & seqq. it. sect. 4. n. 1. &c.

*Polygamia generat frigusculum.*

Th. XV. *Secunda nuptia*, præsertim si liberi ex diversis matrimoniis adsunt, sine jurgiis non solent esse, id quod exprimit Hieronymus: si evenerit, inquit, ut ex secundo marito habeas filios domesticos, oritur pugna intestinum prælium. Non licebit tibi amare liberos, nec æquis aspicere oculis, quos antea genuisti. Clam porrigescibos, invidebis mortuo, & nisi oderis filios, adhuc

*Secunda nuptia raro extra lites consistunt.*

C

eorum

eorum videberis amare patrem. Quod si vir ex priori uxore sobolem habens domum Te introduxerit, etiam si clementissima fueris, omnes Comædi & mimographi in novercam sævissimam reclamabunt. Si privignus languerit & condoluerit caput, infamaberis ut venefica; si non dederis cibos, crudelis &c. Vid. D. PRÆSES in *Præsid. Dom. Illustr. cap. 4. Pos. 10.* Omnium pessimum est, quod mutato concubitu Parentes plerumque à liberis primi matrimonii depraventur, Ambros. 6. *Hexamet.* & ex mente Euripidis: Cui non est satis unum novisse cubile, is omnem erga liberos deponit affectum. D. Hulder. Eiben. *de Tutel. fæmin. p. 39.*

*Uxor ad secundas nuptias transiens deponat rationes prius tutelæ gestæ, ne litigia inter Conjuges oriantur.*

Th. XVI. Sine collisione & jurgiis non erit matrimonium, si maritus viduam, quæ liberorum prioris matrimonii tutelam hæctenus gesserat, nec ante nuptias posteriores consummatas reddiderat rationem, uxorem duxit, postmodum verò à liberis istis conveniatur; Expediti enim juris est *ex l. 6. C. in quibus caus. pign. vel hyp. § l. 2. C. quando mulier tutel. off. Nov. 22. c. 40.* quod quando mater tutelam gerit liberorum, & prius ad secundas nuptias convolat, quàm reddidit rationes reliquaque solvit, non tantum ipsius, sed & novi mariti bona liberis tacite esse obligata. Ratio juxta Brunnum, *ad dist. l. 6.* esse videtur, quia novus maritus omnis culpa expertus haud existimatur, qui viduam liberis ex gestione tutelæ obligatam in uxorem ducit, cum plerumque hoc tendat ad præjudicium liberorum, vid. Berlich. *P. 1. Conc. 67. n. 82.* vel potius, quod novæ nuptiæ plerumque soleant non tantum bona filiorum, sed etiam corpus & vitam novis maritis addicere, rescribente Imperat. Constantin. *in l. 22. C. de admin. tut. D. Lauterbach Dissert. de tacit. pign. th. 38.* Hahn. *ad Wesemb. ff. in quibus caus. pign. n. 1.* Franzk. *tit. de pign. n. 35.* Steph. Fagundes *de J. & J. l. 7. c. 4. n. 6.* Unde Baldus ad eandem legem monet, cavere sibi debere eum, qui viduam in uxorem ducit, ne alieno periculo se exponat.

Th. XVII.

Th. XVII. *Prodiga mariti vita generat frigusculum.* Prodigii mariti vita est causa frigusculi.  
 Iſto enim ad incitas redactò mulier egere neceſſe habet. Hinc conſtante matrimonio à muliere dos eò caſu repetitur. *l. 29. §. 30. C. de Jur. Dot. l. 24. ff. ſolut. matr.* cum dotium cauſa ſemper & ubique ſit favorabilis, & expediat Reipublicæ dotes mulieribus conſervari. *l. 1. ff. ſol. matr.* Ideò Legiſlatores remedia conceſſerunt mulieribus, ut dos ſalva eſſe poſſit. vid. Andr. Rauchbar. *P. 1. qu. 33.* Probanda tamen eſt objecta mariti paupertas. Carpz. *P. 2. c. 24. deſ. 11.* atque ita Lipſiæ judicatum eſſe refert. *n. 5. add. Mævius ad Jus Lubecenſ. l. 1. tit. 5. ad 7. Gail. l. 2. Obſ. 53.*

Th. XVIII. *Friget omninò amor, ſi more Cricetorum Coniux alteri res furtivè auferat manu.* It. amotio rerum claudina.  
 Cum enim illi junctis operis neceſſariam annonam in hyemem congeſtam ſubterraneis apothecis reconderint, mas fœmelam domo ejicit & à præſepibus arcet. Illa dolum dolo ulciſcitur, perque occultos cuniculos ſubrepens horrea perfidi mariti compilat, donec in gratiam redeant. Hinc proverbium in ejuſmodi Conjuges: *Ein ungetreuer Hamſter.* Urſin. *Acerr. pag. 165.* Similiter & viri faciunt uxori pecuniam furtim auferentes vel extorquentes, ut gulæ inſerviant, & quoniam ſibi ita per fœminas victum quærere ſatagunt, mores Zingarorum videntur imitari. *Camerar. Hor. ſubciſ. Cent. 1. cap. 17.*

Th. XIX. *Cavendum marito. ne author frigusculi fiat evomendò Injurias adverſus mulierem, quæ inde ad iram commovetur.* Sicut & Injurie.  
 Quem enim fugit iracundia mulierum, quâ præcipites feruntur in ferrum in necem tam ſuam quam ſuorum, prout canit Juvenal. *in calce ſatyr. 6.*

----- *quoties facit ira nocentem  
 hunc ſexum, rabie ſecur incendioſe feruntur  
 præcipites: ut ſaxa jugis abrupta, quibus mons  
 ſubtrahitur, clivoque larus pendente recedit.*

Ut non immeritò Seneca muliebri dixerit in ira furere, *l. 1. de Clem. iramque vitium eſſe muliebri.* in *lib. de ira.* & Chryſoſt. in *Homil. de decollat. Div. Johannis,* mulierem, ſi injuriam patitur, inſanire

*1. Delictum  
commissum,  
& celatum.*

Th. XX. Ob *delictum commissum* oriuntur dissidia, neque tamen propterea semper matrimonium dirimi potest, imò Coniux propter indissolubilem vitæ consuetudinem tenetur Coniugem ob ejusmodi crimen deportatum sequi, nisi necessitate quadam domi detineatur *c. 2. X. de divort.* vid. Præjudic. in delictò furti ap. Carpzov. *l. 2. def. 203.* Similiter frigusculum oritur si ante consummatum matrimonium fuerit *celatum delictum* commissum, tunc Coniugum alter alteri irasci solet. *Num autem stante matrimonio Coniux osculum matrimonii impedimentum alteri detegere teneatur?* Resp. quod non, quia exinde plerumque plura & deteriora mala nascuntur, neque solet esse spes futuræ utilitatis. Azor. *lib. 2. Inst. Moral. c. 19. qu. 4.* *Bene an male faciant uxores de impudicitia ab aliis appellate, si maritis hoc indicaverint?* lege Guazz. *de Civ. Convers. Diss. 5.* dicentem: Ejusmodi fœminas plerumque reprehendi, cum mali id sequantur effectus. Etsi enim bonus videatur esse affectus, fidei suæ signum dare, & mariti animum quietum ac tranquillum reddere; Effectus tamen ille est malus sollicitat quippe maritus & eidem dubitandi occasionem suppeditat, ne hunc relevando amorem alium occultet.

*Mutatio Religionis frigusculum  
ignit.*

Th. XXI. *Mutatio religionis*, quæ fit constante matrimonio, plerumq; mutat animos, siquidē nec animorum; ubi non est animarum, unio. Ob hæresin tamen tam præcedentem quàm supervenientem matrimonium dissolvi nequit, quia hæresis cum matrimonii substantialibus non pugnat. D. Gerhard. *de Conjug. §. 668.* & ita Lipsiæ in Consist. anno 1642. responsum est, weil nach bewehrter Theologorum und Consistoriorum Meinung die Veränderung der Religion die Ehe nicht trennet, so seydt ihr auf eine Desertion zu klagen nicht besugt. Dn. Meerbach. *Diss. Inaug. de jure divort.* sub. Præf. Magnif. D. STRUVII *habita cap. 5. ib. 4.*

*Similiter &  
alterius con-  
jugis senium*

Th. XXII. Friget ut plurimum amor *juvencule* erga *Senem*. Talia conjugia vel maximè infelicia sunt. Jun. *part. 2. qu. Post. 29.* quoniam amicitiam nihil connectit nisi

nisi æqualitas. Boet. 1. d. *Mus.* c. 1. perpetua verò, ut ætatum ita morum inæqualitas distrahit vetulas à juvenibus. Ubi igitur constans amor non conglutinat animos, sed lites & disparia studia distrahunt, quid illic emolumenti speres? Arnif. d. *jur. Conn. c. 2. sect. 4. n. 30.*

*Propter opes teneram vendit quicumque juvencam  
mercatur lites & sine sine dolos.*

*Nulla quies illud recreat, pax nulla fovebit,  
semper habet rixas, pax ibi nulla frequens.*

Caf. 1. *Oec. c. 4. q. 3.* vid. Manut. l. 8. *Epist. 3. D. PRÆSES in Præsid. Dom. Illustr. c. 4. Post. 2.* ubi *Qu. an seni iteranda sint nuptiæ?* & negativa ferè concluditur sententia; vivis enim maritis viduæ evadunt & probè norunt, quæ id expertæ sunt, quam amarus fit juveni mulierculæ maritus senex & effectus, cujus ætas frigida est & ficca; ac proinde ad matrimonium inepta. Conf. Guazz. d. l. *diff. 5.* Elegans responsum *Maximiliani I. Imper.* cum ipsi consuleretur ut senex Annam Ladislai Regis Ungar. filiam duceret. vid. ap. Zinkgraff. 77.

Th. XXIII. Inter Conjuges, qui pulchritudine & forma potius illecti fidem matrimonii promiserunt, hoc consummatò, si probitatem & animi dotes abesse intelligant, multiplices oriri lites experientia stultorum magistra testatur. Quid enim est speciosa mulier? sepulchrum dealbatum nisi fuerit sobria, casta, pudica. Pulchritudo scilicet sine his virtutibus est præcipitium patens, venenum insipientibus compositum. Chrylostom. *super Psalm. 50.*

*Pulchritudo  
matrimonium  
facit rixarum  
plenum.*

Th. XXIV. Notabilis deformitas haud rarò remissum reddit amorem, imò fenestram aperit adulteriis; nam ut ait Aufonius:

*Deformis uxor cui sit, ancilla elegans,  
Uxorem habere, subigere Ancillam velit.*

Optimè ergo *Antisthenes* adolescenti consulenti cujusmodi uxorem ducere expediret? Resp. si formosam duxeris, habe-

*Deformitas  
unanimitatem  
Conjugum  
dissipat.*

habebis communem, sin deformem, habebis pœnam. Suasit ergo ducendam esse uxorem, quæ nec fastidium viro moveret, ob deformitatem, nec ob insignem formam peteretur ab adulteris. Hoc dictum Biantii tribuit Gellius, sed Antistheni Laert. l. 6. c. 1.

*Et Ignobilitas.*

Th. XXV. *Ignobilitas* si nupserit *Nobilitati*, sapius experitur à Coniuge se despici, quod inferioris sit conditionis, dum enim altera pars progeniem & stemma suum totâ die exaltat, altera ad iracundiam accenditur; hinc contentiones inter Coniuges exoriuntur, quæ nunquam fortuntur finem Guazz. d. Civ. Conv. Diff. 5. Experta id fuit Anna Pauli Hunovii Palatini Belfensis filia quæ à Boleslao Mazoviorum Duce prorsus repudiata, tanquam non ex fati superbo locò orta Cromer. l. 18.

*Nec minus paupertas.*

Th. XXVI. Uxor præsertim benè dotata Marito *paupertatem* acerbè objiciendò eumque propterea ludibrio habendò, parat injurias & frigusculum. Chilon dicere solebat uxorem humilem modico apparatu ducendam esse, ne pro Coniuge dominam in domum accersat, fat enim dotata venit puella, quæ pudicitiam & honestos mores secum affert. Hodie in proverbium fere abiit: Philosophos & viros doctos plerunque imperiosis mulctari mulieribus. Tiraquell. de retract. convent. ad fin. D. PRÆSES de Annulo Pronub. ib. 22. n. 5. Quæritur: Num uxor teneatur alere maritum, si ipse non habeat, unde se alere & sustentare possit? quod affirm. cum nihil tam humanum sit, quàm fortuitis casibus prosperis vel adversis Coniugis participem fieri alterum Coniugem. l. 22. §. 7. solut. matr. Wesemb. Consil. 43. n. 148. Carpz. JPr. For. p. 3. c. 25. d. 7. quo casu maritus etiam de bonis paraphernalibus alendus est. Klock. Vol. 2. Conf. 70. n. 93.

*Abusus vestimenti & ornatus lites producit.*

Th. XXVII. *Abusus vestimentorum & ornatus* uxorum nimis non potest non interdum displicere maritis & frigusculum excitare. Quamvis maritus, qui ad omnia onera & incommoda matrimonii tenetur Klock. Vol. 3. Concl.

118. n.

118. v. 18. etiam vestes pretiosas, secundum personarum dignitatem, suppeditare obstrictus est. Angel. in decret. 17 C. ex quib. caus. infam. irrog. Aretin. in §. fuerat. 29. circ. fin. 7. de Action. & feminae personis clarissimis nuptae corrufcant radiis maritorum. l. 8. ff. de senat. l. 13. C. de dignit. lib. 12. hoc est jure vestiendi cum indulgentiori etiam ornatu utuntur, quoniam duo sunt in carne unâ, c. debitum X. de bigam. Magnif. D. STRUV. Dissert. de eo quod just. circ. Vestit. sect. 2. tb. 12. Fœminarum tamen cordibus memoriale istud infixum sit, ut modestiam in ornamentis adhibentes maritis potius placere studeant, quàm ad Zelotypiam eos provocare, aut etiam in causa esse, ut vanæ & leves æstimentur. Guazz. l. cit.

Th. XXVIII. Friget quandoque amor, quando  
 Conjux morbò contagioso & incurabili decumbit. Nequaquam tamen propter tales morbos faciendum est divor-  
 tium nec deserendus ægrotans. c. 1. & 2. de conjug. leprof. c. bi qui 25. caus. 32. qu. 7. Beza tr. de divori. p. 97. Schneidew. ad tit. de 7. de nupt. Beufft. tr. de matrim. c. 11. quamvis aliud sentiat Sarcirius in lib. de caus. matrim. 189. & 230. qui tamen teste B. D. Schröterò in Diss. de eo quod just. in punct. malit. deserv. tb. 14. suæ sententiæ paucos hactenus invenit patronos

Ob morbum  
 contagios.  
 friget amor.

Th. XXIX. Conjugis Absentia vero obest conjugali  
 amori Ovid. l. 2. de art. amand.

Remittit a-  
 mor ob ab-  
 sentiam.

*Si mora iura brevis, leniscunt tempore curæ,  
 vaneſcitque absens, & novus intrat amor.*

Et ap. eundem Poetam Dejanira se viduam esse profitetur quoniam nullas ex marito Hercule oblectationes referebat, cum fere semper longius abesset:

*Vir mihi semper ab est, & conjuge notior hostes,  
 monſtraque terribiles perſequiturque feras.*

*Ipsa domo viduâ votis operosa pudicis  
 Torquor, infiſto ne vir ab hoste cadat.*

Duplex

Duplex autem est mariti absentia, alia *Necessaria & Probabilis*, Salicet. *in l. 2. n. 1. C. de sponsal.* alia *malitiosa*. Beust. *de matr. part. 2. c. 24.* Datur etiam *media* quædam, quæ appellari possit *remeraria*, quando maritus ex petulantia quadam gulæ ergò plus justo abest, vel uxor minus curiosa in re domestica, colloquiis familiarium nimis indulget per aliquot forsitan hebdomadas absque causa legitima domum mariti quasi fugitet. *Quoad primam* uxor non habet quò remittat amorem, *Nov. 117. c. 11.* *Secundam* quod attinet, ut quis pro desertore haberi possit, illud probari debet, & processus desertionis ad dissolvendum matrimonii vinculum à magistratu concedi potest. Magnif. D. STRUV. *Exerc. 26. tb. 54. & Ex. 30. tb. 44.* *Quamdiu conjux conjugem absentem præstoletur?* vid. Carpz. *JÛr. Eccl. l. 3. d. 5. n. 11. & seq.* *Tertia absentia* moribus corrigenda est. Nihilò enim minus bona œconomia surgit mane, & laborabit, quæret lanam & linum, & quæ reliqua verba sunt Salomonis. *Prov. 31. v. 10. & seqq.*

*Matrimon.  
coactum  
jurgis ab-  
undat.*

Th. XXX. Coactum matrimonium solent etiam comitari frigusculum, rixæ perpetuæ & scandala publica, Sanchez. *l. 2. disp. 13. n. 4.* Dantur adhuc plures causæ quæ movent frigusculum in amore conjugali, v. g. si Parentes unius Conjugis socio vel nurui invideant & vice versa; vel quando uxor contumeliis ab extraneo afficitur, neque illas vindicat maritus; vel quando Conjuges separatis dormiunt lectis; vel si dissentiant circa educationem liberorum, præsertim cum matrum indulgentia corrupat liberos. Et quis omnes ordine poterit narrare? Pergimus brevitatis studio ad

CAPUT



CAPUT IV.  
 completens  
 FRIGUSCULI CONCOMITANTIA.

Th. I.

**J**ure equidem civili, dissensu & intercedente forsan of-  
 fensione quadam possunt sponsalia dissolvi. *l. 1. C. de Sponsaliam*  
*Sponsal. verbis modo solemnibus: Conditione tua non u-* possint dif-  
*tor. l. 2. §. 2. ff. de divort. juxta expressis, eam forte ob-* solvi ob mu-  
 causam, quod sicut solò consensu ineantur sponsalia *l. 4.* tumum dif-  
*ff. de sponsal.* ita & dissensu possint dirimi, dum tam natu- sensum?  
 rale nihil, quàm eò genere quidque dissolvere, quo colli-  
 gatam est. *l. 35. §. 153. de R. J. Nov. 140. c. 1.* Menoch.  
*de Presumpt. l. 3. praf. 1. n. 26.* Nec dissentit Pontifex *in c. 2. X.*  
*de spons.* si se ad invicem admittere noluerint, ne forte de-  
 terius inde contingat, ut talem scilicet ducat, quam odio  
 habet, videtur quod ad instar eorum, qui societatem con-  
 trahunt & postea sibi remittunt, hoc possit in patientia  
 tolerari. Quod tamen apud Nostrates non permitti, nec  
 ob quamvis causam publica sponsalia annullari posse te-  
 statur Carpz. *7 Pr. Consist. l. 2. def. 173. n. 5.*

Th. II. Ex quo fuit quod sponsalia publica & perfe-  
 cta frigusculum non valeat dissipare, quod etiam Carpz. *Friguscul.*  
*l. 1. def. 176. n. 6.* exprimit: quid si levissimis de rebus in- non rescin-  
 ter sese altercari cœperint personæ desponsatæ & unum dit sponsalia  
 aliquod verbum lirem concitaverit? Non certè æquum publica.  
 est malitiæ huic indulgeri & oppidò sponsalia dissolvi, sed  
 Judici incumbit operam dare ut in gratiam redeant, si  
 tamen forte hoc dissidium videretur præcedere infelix  
 matrimonium, permittendum esset repudium. D. Gerhard  
*de Conjug. §. 160.* Similiter hoc posse indulgeri in sponsali-  
 bus de futuro, nullum est dubium; si scilicet eâ nituntur  
 conditione, nisi quid intervenerit, quod datis promissis  
 obstet, tunc enim non inducunt obligationem aut nexum  
 tam firmum ac indissolubilem, quo minus valeant peni-  
 tere contrahentes. D. Gerhard *L. de Conjug. §. 164.* Cypr. *de*  
*spons.*

D

*spons. c. 13. §. 12.* tamen si melius omnino faciant sponsi imprimis, si prima virginum disfidia ad tempus ferre discant, hoc enim qui non faciunt idem agunt auctore Plutarcho, quod ii, qui offensi labruscis, uvas maturas aliis relinquunt.

*Olim frigusculo orto  
permissum  
fuit divor-  
tium.*

Th. III. Sæpius olim frigusculi inter Conjuges fuisse Comitem divortium hinc inde legimus. Si credimus Seldeno *l. 5. c. 7. de Jur. Nat. & Gent. sec. disc. Ebraeor. pro* lubitu concessum fuit *Jure Noachidarum*, citra omnem causam matrimonia distrahere, adeo ut instar sociorum contractus haberentur, & eousque durarent, dum permanerent in eodem consensu & renunciare non placuerit *Tempore Mosaiico* per modum dispensationis DEUM tolerasse divortium etiam ob levem causam, videre est Deut. 24. v. 1. ne deterius quid inde oriretur. Sanchez. *l. 10. d. 1. fol. 328.* quin, quod tamen S. Script. non congruum est, præcepta fuisse hoc casu divortia putarunt Judæi. Osiander. *ad Grotium p. 376.* De *Græcis* idem testatur Scaliger *ad Euseb. num. 215.* Cypr. *de sponsal. c. 13. §. 7.* Neque *Romani* in hoc passu fuere, difficiles: Nam non solum ob graves causas sed & minima friguscula indulta divortia fuere, quoniam, uti conqueritur Imperator in præfat. *Nov. 140.* alia ratione pax inter Conjuges conciliari non potuit, vel secund. Plutarch. *in Emil.* quod Romani neque moniti recesserint ab inimicitia, neque abstinerint, licet minis ab odio terri, & sic pax nulla invenienda fuerit, sed magis per levia friguscula majora orta inter Conjuges disfidia. Frequentiam divortiorum apud Roman. etiam temporibus sequentibus innuit Tertull. *Apolog. c. 6.* hisce verbis: Repudium jam & votum est & quasi matrimonii fructus. *Cælonensibus* adhuc levior sufficit causa ad distrahendum matrimonium: Plantant nimirum arborem & sibi invicem tradunt vestem, quâ contrita, si nullos jam fert fructus arbor, statim divertunt & sic pacta tollunt. J. J. Saar. *Itiner. p. 56.* De *Turcis* dicitur quod aliquoties inter illos liceat dare repudium uxori, ob levisima friguscula, si ve-

ro

rò tertiâ vice datum fuerit vel modo semel ex iracundia dictum: Uxkâ! (quod idem significat ac repudium ter renuncio,) prius hîc non fas est iterum coire, quàm à sacerdote tertius quidam adductus cum muliere concubuerit & deinde iterum ab hâc fuerit solutus, qui mediator suum insuper accipit honorarium.) Hac solennitate usus aliquando fuit *Solymanus*; cum verò tertius ille requisitus uxori magis placeret quàm ipse Imperator, hâc cum isto fugam conscivit, nec unquam priori marito iterum cohabitare in mentem duxit.

Th. IV. Quemadmodum autem hominibus indiguum videtur, tam grave negotium parvi pendere & ob minima friguscula illud dirimere, quod solus Matrimonii Author DEUS dissolvere sibi reservavit. *Matth. 19. v. 6.* Sic & non solum sub Christianis statim Imperatoribus, liberior quondam repudiandi licentia paulatim restricta fuit. vid. *Selden. Uxor. Ebr. l. 3. à c. 18. usque 31. l. 8. C. de repud. id quod repetitum & exactius traditum à Justiniano. Nov. 22. c. 15. & Nov. 117. c. 8. 9. 10.* Sed & hodie in nostris terris non nisi gravissimis de causis divortium conceditur. vid. *Magnif. D. STRUV. Exerc. 30. tb. 40. & seq. Carpz. Jurisprud. Consist. l. 2. tit. 11.* Et quamvis mitior adhuc sit separatio quoad thorum & mensam, nihilominus tamen ad eam permittendam hodie haud sufficit quodvis frigusculum. *Beust. de matrim. c. 9.*

Th. V. *Quid ergo hodie operatur?* Sponfos quod attinet, nullum inter eos dari puto frigusculum, quod amoris affectusque calorem non temperet, propensionem minuât, & debitam reverentiam, humanitatem, blanditiasque, (quarum ope potissimum mentes sponforum consolidantur,) faciat jacturam pati, ut vix ita *Agathon* Poetæ assentiri possimus, qui jucundissimum amantibus esse asserit, si ex contentione & litibus cum amatis in gratiam redeant, sanè, *inquit*, mihi videtur nihil illis delectabilius accidere, hâc voluptate persæpe fruimur frequenter litigando, gaudium enim capimus, si contrinuat contentio-

mem dissolvamus & conciliemus; si verò æqualiter & consueto more semper ageremus, non experiremur dissidium. *Ælian. l. 2. de var. hist.* Quicquid enim sit, rarissimæ erunt aves, quæ hoc modo amorem indagare aut experiri gaudent. *An verò ob frigusculum inter sponfos sponsalitia largitates repeti possint?* Negativa Responso ex iis formari poterit, quæ supra dicta *cap. 2.*

*Inter Conjuges.*

**Th. VI.** Frigusculum inter Conjuges pedatim sequuntur varia incommoda, ut enim omnes res, ita & hæc societas, concordia crescit, discordiâ dilabitur. *Salust. Jug. c. 10.* Vacillat sanè amor conjugalis, & ut corpus ægrotat ægrotante capite, sic res familiares subjacent, ortò inter Conjuges dissidiò. Conjugum enim dissensio est totius domus perturbatio. *August. in Psalm. 33.* Quamvis etiam redeant in gratiam, semper tamen aliqualis hæret memoria, unde etiam *Aristo* cuidam interroganti respondit: Nihil citius fenescere gratiâ & nihil tam tardè quam injuriam. Quâ igitur frateruter conjugum affectus est, fit ut manente ejus memoriâ non ubique possit disimulari animus, ita ut majus malum sensim succrescat & cum eò interitus familiæ. Hinc ex mente *Guazzii de Civ. Conv. Diff. 5.* adeò mirum non est, si dolore & indignatione victa uxor, Diabolos in defensionem vocet & auxilium, & eodem momento homines lascivi occasionem capiant ipsam tentandi & bene de ea sperandi; quo fit, ut ipsa promtè se ad omne id accingat, quod & ira & desperatio ipsi perfuadent. *Uxores inquit Tiraquell. in 8. l. Connub. Gl. 1. part. 6.* quò de maritis sumant vindictam, verendum est, ne alienis viris se substernant.

**Th. VII.** Offert sese nobis *Qu. An mulier nihilominus a virò prestare debeat observantiam & conjugalem amorem durante frigusculo, cui ille causam dedit?* Quod, tamen si viri non sint laudandi, qui (verbis utar *Barlei*) uxori non nisi rogati respondent, qui museis se abscondunt ut cochleæ testis, qui intempesta nocte atramentum bibere malunt, quam cum tenera conjugè *Ag. λέγειται*; multò minus illi qui

*An mulier  
dur ante frigusculo  
necesse habeat  
obedire marito?*

qui verbis verberibus aut quocumq; modo frigusculum pariunt, propterea tamen uxoribus non licet, suum maritum denegare officium, id enim facientes talibus virorum moribus offensæ, perinde faciunt ex mente *Plutarchi*, ac si quis ictus ab apibus mel relinquere vellet; sed potius reverentia & amore eum prosequatur, donec vincat, præsertim cum frustra amorem poscat ille, qui ipse non affert, sicut frustra ad accendendum facem admoveret, quæ ipsa non est accensa, ut loquitur *Lipsius*. De mulieribus *Moscovicis* vulgò dicitur æstimare illas maritorum amorem ex plagarum multitudine *Horn. in Orb. Polit. pag. 37.* quod licet cum aliis magis fabulâ crediderim, vid. *3. Ablebend Europa pag. 216.* propterea tamen laudari merentur, quod uti ex relatione scriptorum fide dignorum constat, castigatæ verberibus non minori amore aut minus fideli affectione amplectantur viros, quàm aliàs solent: norunt scilicet facilius perferre adversa, quia maritorum conversationis & vitæ liberioris sese faciunt participes. Illos enim cenopoliæ, ineuntes, quasi domum essent ductura, statim sequuntur, colaphos interim, si qui impinguntur, patienter ferentes, modò gulæ satisfieri sentiant, in quo nimirum nec ipsis maritis sunt inferiores, sæpè etiam accidit ut quævis suo marito sòpito ebrietate infideat, poculis tamdiu inter se certantes, donec itidem somnò occupatæ solum petant & sic unà cum maritis sòbrietati restituantur. Quoad primùm ergo, constantiam, nempe amoris, non verò reprehendendum hocce vitium aliis uxoribus poterunt esse exemplar, ut scilicet ob friguscula nihil amoris remitti sinant, sed vel humanitate tollant lites, vel si graviore fuerint, quàm quod perferre aut privatim conciliari possent, ope Judicis huic malo quarant remedium.

Th. VII. *Queritur porro, an pendente frigusculo maritus alimenta uxori præstare teneatur? ubi distinguendum, an maritus, an uxor causam præbuerit. Etenim si ille atrocitate sua in culpa fuerit, non potest liberari à præstandis uxori alimentis, quò facit præjudicium quod in casu separatio.*

*An tunc debeat alere uxorem maritum?*

rationis quoad thorum & mensam allegavit Carpz. *JPr. Eccles. l. 2. def. 213.* Si verò uxor culpâ suâ abesset, alimenta à viro petere non potest, *Beust. de Jur. Conn. part. 2. c. 9. sub fin.*

*An acquæ-  
stus Conju-  
galis mane-  
at commu-  
nis?*

Th. IX. Eadem hac distinctione satisfaciunt DD. quæstioni, *an acquæstus Conjugalis etiam eò tempore maneat communis?* Ita ut si maritus author sit disidii, nihilominus uxor lucretur medietatem acquæstus facti à viro, & vicissim maritus dimidium recipiat ab uxore facti, si huic causa adscribatur. *Conf. Joh. Garfias de acquæst. Conjug. n. 59. & Befold. Vol. 5. Conf. 260.*

*Cui commit-  
tenda edu-  
catio libe-  
rorum?*

Th. X. Paucis etiam inquiramus, *Cuinam Conjugum hoc casu committenda liberorum educatio?* Si gravius fuerit frigusculum, distinguerem inter partem nocentem & innocentem, huicque magis quàm illi committendam esse putarem, quia afflicto parcendum magis & dolendum, quàm nova addenda afflictio. Hoc a. sine dubio fieret, si delectatione, quam capiunt parentes ex suavi sobolis amplexu & blanditiis, privarentur. Præsertim cum & pars nocens eò ipsò sese indignum hâc educatione reddiderit, quin & ex tali nonnihil periculi apud eam subesse videatur. *Quod* tamen omne iudicis in primis arbitrio ad exactiorem personæ, aliarumque circumstantiarum requisitionem merito commendandum.

*Nam licet  
Conjugi ob  
frigusc. pri-  
vare Conjug.  
Success. aut  
Part. statut.*

Th. XI. Diximus, non pauca incommoda frigusculum concomitari. Inter ea autem eminet & illud, quod uterque Conjugum sæpius amoris sui effectus coarctet, imò penitus tollat. *Quid si igitur auderet Conjux Conjugem excludere à Successione, Portionem statutariam ipsi adimendo vel saltim minuendo?* Resp. nec primum posse, quia justum permanet matrimonium. *Andr. Kohl. de Success. Conjug. Part. 1. n. 41. & seq. Carpz. JPrud. For. P. 3. Conf. 26. def. 16. nec secundum aut tertium, quia itidem stante matrimonii vinculo testamento id efficere non est licitum. Magnif. D. STRUV. Ex. 38. tb. 40. & D. Stryk. Tr. de success. ab intest. c. 5. artic. 3. §. 7. Conf. Carpz. JPr. Conf. l. 2. def. 215. it. JPr. For.*

p. 3. C. 26. def. 15. Berlich, ex parte Carpz. contradicentem  
P. 3. Concl. 36. n. 27.

Th. XII. Tandem & hoc merito moveri potest du-  
bium, Num Conjuges frigusculo durante admittendi sint ad S. Cœ-  
nam? Distinguiamus inter Conjugem reconciliationem  
appetentem & detrectantem. Ille salvâ conscientiâ potest  
admitti, hic verò minimè, quia eò ipsò dum perseverare  
vult in litigiis nec æqua reconciliationis remedia arripere,  
se Cœnâ Dominicâ indignum reddit, tamdiu donec resi-  
piscat & bona conscientia accedere possit. Conf. Confil.  
Theol. Wittemb. Vol. 4. pag. 56. Carpz. 7 Pr. Confl. 1. 2. def.  
288. n. 12.

An eo tem-  
pore admi-  
tendi sint  
Conjuges ad  
S. Cœnam.

Th. XIII. Ob tenerrimam affectionem, qua se mu-  
tuo prosequuntur Conjuges, non valet testimonium, si  
quod sibi invicem perhibere vellent, per vulgata. Ast Qu-  
an etiam instante frigusculo sit valiturum, quia ratio cessat, nimia  
scilicet affectio? quod pro gradu frigusculi dicendum puta-  
mus, ut tamen arbitrio Iudicis committatur, an semi-  
plenè an minus quàm semiplenè probet.

Durante  
frigusc. ad-  
mittitur  
Conjugis sa-  
lomonium.

#### CAPUT V.

##### DE

#### REMEDII ET MODO PROCEDENDI IN CAUSA FRIGUSCULI.

##### Th. I.

**S**I inter Conjuges vel Sponfos frigusculum ortum  
fuerit, melius faciunt, si dissimulare id studeant,  
ne alii innotescat, neque invidi, utpote à quibus  
nec mendicus liber est, habeant, quod in sinu gau-  
dere possint, insuper, quantum possibile, sibi invicem  
condonent & humanæ imbecillitati multum tribuant,  
cum præsertim hac Christiana charitas requirat, ut nimi-  
rum faciles simus ad ignoscendum inimico, quin & iis  
beneficiamus qui nos oderunt. Prov. 25. v. 21. 22. Matth. 5.  
v. 44. Tolerent præsertim imbecillitatem eam, quæ corri-  
gi nequit, quod non sine laude fecisse legitur Elisab. Gon-  
zaga uxor Guidonis Ubaldi, de qua latius D. PRÆSES in  
Præf. Dom. illust. c. 3. pos. 10.

Quid potis-  
simum Con-  
jugibus in-  
cumbat ob-  
servare fri-  
guscule na-  
to.

Th. II.

Cedere de-  
bet iracun-  
diam.

Th. II. Consulat etiam iracundiæ causam danti fri-  
gusculo maritus, monito *Athenodori* Philosophi, qui Au-  
gusto inter alias regulas dedit & hanc, ne si irâ obrueretur,  
quid ageret, antequam XXIV. literas græcas secum reci-  
tasset. Sic & cuidam aliquando consultum fuit, ut si fa-  
mulum suum pedibus vellet conculcare, prius exuat cal-  
ceos, siquidem interea remitteret ira. Probè observandum  
illud:

----- Ne frena animo perimite calenti,  
Da spatium tenuemque moram mala cuncta ministrat  
Impetus.

Imitetur potius viperam, alias nequissimum bestiæ  
genus, quæ ubi coeundi cupiditatem assumerit cum mu-  
ræna maritima, & hanc vocatam ad conjugalem ample-  
xum adventare senserit, evomit venenum; ita & maritus  
deponat tumorem cordis, asperitatem morum, si cum u-  
xore conversari desiderat. *Ambros. l. 5. Hexæm. c. 7. &*  
*Achill. l. 1. Amor.* Insuper Cedro dignæ sunt leges, quibus  
observatis pacificè mariti cum suis vivant uxoribus ab  
*Anton. de Gvevarr. Horolog. Princ. l. 2. c. 21. notatæ, Quas*  
*vid. ap. D. PRÆS. in Præs. Dom. Illust. c. 4. pos. 9.*

Quomodo  
seegerat u-  
xor erga  
maritum.

Th. III. Uxor vicissim sibi ab illatione injuriæ vel  
verbi injuriosi erga maritum temperet, nec rixis ulteriori-  
bus det occasionem, imò morositatem mariti toleret, ne-  
que semper *Echo* resonet in ædibus. Si maritus fuerit cru-  
delis & imperiosus, humilitate erit vincendus; vocifera-  
bitur ille, hæc tacebit; responsum enim prudentum fæ-  
minarum est silentium, nec prius loquatur aut voluntatem  
suam declaret, quàm ubi quietò ille animo fuerit atque  
tranquillo. Si obstinatum eum animadverterit, ipsa ce-  
det: memor illius, quod ut pulverem tormentarium lac  
extinguit, ita silentium fæminæ iracundiam viri sedet.  
*Quazz. l. cit.* Nihil conjuges inter quos jurgii aliquid aut  
discordiæ intercescit, ocyus faciliusque, aut gratius ad a-  
micitiam revocat quàm blanda Vox & Venus; hæc est  
discordiæ sedatrix, *Tiraquell.* Propterea Veteres Mercuri-  
um



rium juxta Venerem collocabant: quod voluptas nuptialis, ratione aptoque sermone maxime indigere videatur. Tiraqu. p. 9. gl. 1. in 8. l. g. Connub.

Th. IV. Erumpente frigusculo, & vulgo innotescen-  
te privatim commonefaciat Conjuges & Sponfos *Compositio*  
*amicabilis*  
*Confectio*  
*orto frigu-*  
*sculo prius*  
*tentanda,*  
*antequam*  
*procedatur*  
*ad agendum.*  
narius, ut desistentes à discordia humaniter cohabitent; si verò ad Magistratum deveniat causa, hic non minus operam navabit, ut inter litigantes amicabilis compositio locum inveniat, quâ itidem neglectâ infituenta est a Jure coram Judice Ecclesiastico, tanquam comperente, qui tamen præsertim ubi processus desertionis petitur, circumspectè & providè sese gerat. Carpz. 7 Pr. Eccl. l. 3. def. 58. n. 1. 2. non autem actio injuriarum locum habet, ne fama scilicet mariti ledatur. l. 2. rer. amot. l. 1. ff. de dolo. nec processus ordinarius, sed summarius. vid. D. PRÆSES in Diss. Inaug. de Judic. Ecclesiast. tb. 27. formulam libelli in hoc casu suppeditat D. Schwendendörffer in Summ. Ast. For. Expos. spec. c. 1. sect. 8. sequentem:

P. P. Sager Kläger/ wie daß Beklagte/ sein Eheweib/ sich selbst von Ihm ohne einhige Ursach gesondert: Und ob er wohl deshalb zureden/ und daß Sie sich wieder zu Ihm halten soltet/ erinnern lassen/ so ist doch in Gute nichts zu erlangen gewesen/ Dannhero bittet Kläger Sie darzu anzuhalten/ daß sie ihm hinwieder ehelich bezuwohnen schuldig.

Th. V. Exceptiones à parte Rei sunt: *Sevitia, Suspicionis* *Contra A-*  
*de adulterio; non præstiti Debiti Conjugalii; non Impleta Con-*  
*ditionis & alia, quæ ex supra dictis possunt desumi. Item* *ctorem que-*  
*nam sint*  
*exceptiones?*  
exceptio *Intentionis seu Falli*, quæ ultima utiliter opponitur, quando v. g. abiit uxor & abfuit per aliquod tempus, maritusq; agit ad divortium, ob malitiosam desertionem, quam hoc modo negat, etiamsi concedat, ut fiat divortium modo non sub nomine malitiosæ desertionis. Pro actore si fuerit pronunciandum, sententia est sequentis tenoris:

In Sachen zc. daß Beklagtin ihres Vorwendens ungeachtet Klägern hinwieder ehelich bezuwohnen/ Dargegen er sie  
E mit

mit nothdürfftigen Unterhalt zu versorgen / und sonst mit al-  
ker Beschridenheit gegen sie sich zu verhalten schuldig.

Quando verò egerit actor ad divorium petendo:  
Daß zwischen Klägern und Beklagtin die vollzogene Ehe casti-  
ret / Kläger davon losgezehlet / Ihn auch als unschuldigen  
Theil anderweit zu verehelichen nachgelassen werden möchte / &  
allegata causa ad separationem nõ sufficient, sollet ita pro-  
nunciari: Daß die gesuchte Ehescheid ung aus angeführten  
Ursachen nicht statt findet / es ist aber zu förderst beyden Theilen  
beweglichen zuzureden / sich künfftig gegen einander also zu be-  
zeugen / wie es Gottes Ordnung und die Erbarkeit erfordert /  
unmittelst ist Beklagtin Klägern beyzuwohnen / er auch sie mit  
nothdürfftigen Unterhalt *cc. ut supra.*

*Maritus li-  
mites sibi  
positos tran-  
siliens, quo-  
modo puni-  
tur.*

Th. VI. Maritus, qui limites castigationis ex-  
cessit, arbitraria plectitur pena. *Carpz. Pr. crim. p. 1. q. 12.*  
*n. 51.* cautionem prestare tenetur & concurrentibus aliis  
circumstantiis separationem cohabitationis mulier pete-  
re potest. *Beust. de spons. & n. r. p. 2. c. 9. Carpz. l. cit. ubi hoc  
præjudicium:*

So wird H. R. solcher Begünstigung wegen / wofern Er  
derselben geständig oder überführet / 12. Tage lang mit Gefänge-  
niß gestraffet / und ist nachmahls seinen Weibe gangsame cau-  
tion zu bestellen schuldig / daß Er Ihr hinführo mit Vernunft  
beywohnen wolle / und Sie nichts thätliches von Ihm zu befah-  
ren / daneben ihm untersaget wird / von solchen übeln Beginnen  
abzustehen / damit er nicht wiedrigen falls mit gebührender auch  
wohl einer Leibes. Straffe belegen werde / und in Fall er gebüh-  
liche caution zu bestellen und aufzubringen nicht vermöchte / o-  
der aber das Weib über Vermahnen und Zureden damit nicht  
zu Frieden seyn wolte / würde Sie zu Bette und Tisch von ihm  
abgesondert / und wäre Er nichts weitgers dem Weibe gebüh-  
renden Unterhalt zu reichen pflichtig / in Verbleibung dessen  
würde Sie in die Güter ihres nothdürfftigen Unterhalts sich  
daraus zu erholen / immittiret und darbey billig geschüget.

Quod si reconciliatio interveniat, cautione præ-  
stita marito mulierem cohabitare debere, commun. affirmant

mant DD. quamvis ex parte ab iis recedat Henr. Brouver.  
d. jur. Connub. l. 2. c. 29. n. 19.

Th. VII. Si mulier pœniteat, non habet maritus, *Mulierem*  
quod reconciliatione repudiet, sed eam recipere tenetur *paucientem*  
prout à Confist. Suprem. Dresd. responsum fuisse testatur *recipiat*  
Carpz. l. 2. JPr. Confl. tit. 12. def. 217. Obwehl aus der Zeu- *maritus.*  
gen Aussage zu befinden/ daß des Pfarrers Weib ihren Ehe-  
manne mehr/ denn er ihr zur Uneinigkeit Ursache gegeben. Die-  
weil sie aber ihme darentwegen Abbitte thun und Besserung  
zusagen/ Er aber solche nicht annehmen wollten/ und darbey un-  
sers ernstern Zuredens ungeachtet beharret/ so wird ihm hiermit  
bey Verlust seines Dienstes auferleget/ sein Weib mit ihrem  
Kinde hinwieder alsobalden zu sich zu nehmen und mit noth-  
dürfftigen Unterhalt zu versorgen/ dargegen soll Sie sich gegen  
ihm alles gebührliehen Gehorsams und Ehrerbietung zu bezu-  
gen und der Haushaltung treulich vorzustehen schuldig seinrc.

Th. VIII. In puncto sponsaliorum, quando ob ini- *Quomodo in*  
micitias una pars solutionem petit vel matrimonium *sponsalio-*  
consummare detrectat; causæ verò non sufficientes *rum puncto*  
sunt, ita solet pronunciari: Aus den Acten allenthalben *pronuncie-*  
so viel zubefinden/ daß Kläger dasjenige so ihm zu beweisen ob- *itur?*  
gelegen und er sich angemasset/ zur Nothdurfft erwiesen/ und ist  
derogen/ Beklagten beschehenen Einwendens ungeachtet/ die  
Klägerin versprochene Ehe durch Priesterliche copulation und  
eheliche Beywohnung förderlichst zu vollziehen schuldig/ in Ver-  
weigerung dessen aber wird Sie durch Obrigkeitlichen Zwang  
dazu nicht unbilllich angehalten. V. H. W.

CAPUT IV. ET ULT.

DE

EXTREMIS FRIGUSCULI.

Th. I.

**E**X definitione frigusculi supra tradita patescit con- *Extremis*  
jugalem amorem ipsò existente quidem remissio- *sunt frigu-*  
nem fieri, non tamen plane evanescere aut interi- *sculi vel*  
tum pati. Inde colligo, extrema hujus esse aut nul- *nullus amor.*  
lum planè aut *nimum amorem*. Nullum videlicet intelli-

go, quando v. g. Coniux Coniugem interficere conatur uti legimus de Rege Ponti Mithridate, filio Clotharii Childe-rico, Clytemnestra uxore Agamemnonis, Semiramide, Rosimunda uxore regis Longobardorum Alboini & pluribus aliis; vel si quovis modo vitæ alterius fruit infidias, quare etiam tali periculo præsentè separatio concedi solet, quoad thorum & mensam c. 1. *X. de divort.* nisi ubique securitas sufficiens præstetur à Coniuge fruente infidias. *c. 13. in fin. c. 8. X. de restit. spol.* Carpz. *JPr. Confiss. l. 2. d. 217. n. 1.* D. Richter. *Vol. 1. part. 5. Conf. 17. n. 19.* Anthon. *Thessaur. Decis. 130. n. 3.* Farin. *Op. Crim. p. 5. q. 143. n. 158.* An verò concedenda sit separatio, si uxor mariti saltem bonis vel bonori infidias struxerit à quod singulariter notandum asserit D. Richter. *Vol. 1. p. 5. Conf. 17. n. 19.* iudicio aliorum examinandum relinquo.

Th. II. Nullum deinde amorem agnosco si Coniuges vel sponsi capitalibus laborent inimicitii, utpote ex quibus priori th. dicta oriri solent. Manifestè etiam distinguuntur à frigusculo, eò quod sufficientem præbeant causam repudio & separationi Cohabitationis. Farin. *Op. Crim. p. 5. q. 143. n. 145.* Carpz. *l. 2. decis. 176. n. 5. & c.*

*De amor  
winis.*

Th. III. NIMIUS amor consistit in excessu debiti conjugalis amoris & ut plurimum aequè cum illò est vituperabilis, qualem non solum Indorum præsertim in Regno *Cambajã* degentium uxores post mortem mariti haud coactæ licet nonnunquam invitæ exhibere solent, dum in tumultu istius ad cineres se redigi patiuntur. vid. J. J. Saar in *Ost-Indianischen sunstzehen Jährigen Kriegs Dienst. fol. 107.* sed & alios sponte olim exhibuisse legimus; Uxor *Seneca*, ut marito tam mortis quam vitæ esset comes, venas incidere jubet; *Arria* nocenti Pato suo porrigit cultrum madentem proprio sanguine, *Annia* unum intrat cum marito sepulchrum & ibi vitam finit; *Dido*, cum *Aeneam* amitteret oculis præ dolore se interficit, *Marcus Plautus* unã cum uxore mortua cremari maluit quam sine ea diutius vivere. Hi sanè omninò sunt reprehendendi, quum

quum mortem absque necessitate spontè oppetierint, & sic illud vindicarint, quod DEUS sibi solus reservavit. *Deut. 32. 39. 1. Sam. 2. 6. Sap. 16. v. 13. addi. Guil. Grotius Princ. Jur. Nat. c. 7. §. 4. Molina de F. & F. tom. 4. tr. 3. Diss. 1. n. 2. & 3. Hugo Grotius de Jure B. & P. l. 2. c. 21. §. II. n. 2. & l. 3. c. 20. §. 43. n. 2.*

Th. IV. Miror exemplum amatoris cujusdam, qui eodem fermè momentò etiam osor nimius amasie extitit. Scilicet Nobilis aliquando Hispanus puellæ sui generis amore adeo arsit, ut nec propriæ vitæ istius causa parcere promiserit. *Exemplum Amatoris qui statim factus osor nio. im.* Quam animi levitatem sic tentavit puella: Chirotecam nimirum ad pedes Leonis inclusi projicit, contendens, ut nobilis illam Leoni eripiat & sic promissi sui memor amoris edat signum. Juvenis sine mora in fossam descendit, Leoni Chirotecam eripiens attulit, sed simul insignem infixit puellæ alapam & tantò postmodum eam profectus est odiò, quanto olim amore.

Tantum de *Frigusculo* dixisse sufficiat. Interim B. L. haud succensebit brevitati & si quæ minùs accurata fuerint, limatiori judicìò complebit; Mihi quippe non tam animus fuit hanc materiam pro merito elaborare quam in qualicumque elaboratione vires periclitari.

## COROLLARIUM LOCO

*Causa ex l. si merces §. 4. ff. loc. cond.*

*Otto à B. & Margaretha à S. Conjuges omnia bona sua tam mobilia quam immobilia D. Arnoldo E. & Ludovico Z. donarunt ita tamen, ut ipsis donatarii ad dies vitæ præstarent alimenta & corpora defunctorum pro personarum conditione humanda curarent, quod etiam factum. Postea verò cum anno 1647. Margarethæ defunctæ cognatus *Fridericus K. Supremus Militum Praefectus* totam hæreditatem peteret, in specie etiam*

etiam cistam Documentorum literariorum plenam, quam inter mobilia isti acceperant, à Ludovici Z. defuncti filio primogenitò *Georgio* præterdit, & quia pro lubitu ipsi statim non satisfactum, minatur ignem, quin & *Georgio* mortem, invadit hujus bona eademque spoliat &c. & sic ab hoc solo degente in urbe N. (cum *Arnoldi E.* hæredes in urbe H. tanquam tutiori loco habitarent,) omnia postulavit eique soli multa dedit damna. Quæ ergò, Num *Georgii Z. Sorores ac Fratres*, nec non *Arnoldi E. heredes* damnum perpeßum pro rata restituere teneantur?

D. *Arnoldi E. Hæredes Negant,*

Quia factum hoc violentum pro casu fortuito esset habendum, hic autem in nullo bonæ fidei iudicio præstandus *l. 6. C. de pignor. l. 4. C. de peris. tit. Et Curat. l. 23. ff. de R. J.* & quod ipsi neque in dolo essent neque in culpa. Opponunt igitur exceptionem non competentis actionis.

*Georg. Z. Affirmat.*

Per *l. si merces 25. §. 4. ff. locat.* ubi dicitur: *Culpa autem & illud annumeratur, si propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit.* & *Carpz. lib. 6. t. 10. Resp. 107.* Si ab inimico alicujus incendium immittum atque per hoc vicinis damnum datum, tunc culpa ejus incendium exortum censetur, cujus ob inimicitias hoc factum.

Jam verò, quia ob inimicitias D. *Arnoldi E.* & *Patris Ludovici Z. Georgius Z.* tanta passus fuit damna, reliqui ad refarciendum meritò tenentur. Ad quod *Facultas Juridica Helmstädienses* consulta ita

Respondit,

Als Ihr wieder beystkommende und mit Num. 1. 2. bis 144. bezeichnere Acta zusamt euren Schreiben zugesand und euch über die Frage (Ob nemlich Euer Geschwiz

schwister und Herrn D. Arnold. E. Haredes den von Ob-  
 risten-Lieutenant N. Euch zugesügten Schaden pro rata  
 tragen zu helfen und zu erstatten verbunden? des Rechts  
 zu informiren gebeten. Demnach erkennen wir dar-  
 auff nach fleißiger Erwegung vor Recht/ weil die von er-  
 meldten Obristen-Lieutenant wieder euch getriebene Feind-  
 seligkeit und Verfolgung auch dahero euch zugestande-  
 ner grosser Schade pro casu fortuito nicht zu achten/ und  
 die Ursache der verübten Thätigkeit so wohl Herrn D. E.  
 als eurem Vater S. beygemessen wird (deshwegen sie  
 beyderseits das factum entschuldiget/ mitgemeldten Obri-  
 sten-Lieutenant in Handlung sich eingelassen und so viel  
 möglich/ in der Güte ferner Gewalt abgelehnet) So sind  
 selbige Erben als consorten den Schaden insgemein über  
 sich zu nehmen und dannenhero die E. Erben die Helffte des  
 erlittenen Schadens Euch zu erstatten verbunden/ die an-  
 dere Helffte aber von euch und euren Geschwi-  
 stern zu tragen/ B. R. W.

## F I N I S.

PRobat calorem quanta possit innatum  
 Frigus. *Calorem mentis alta flammantis.*  
*Frigusculum* hoc sat est probasse tædarum.  
 Quod listis orbi. Nescit indoles, tanto  
 Quæ gaudet igne gloriæ, atque virtutis  
 Hæres paternæ est, compati gelu pigrum:  
*Ex hoc calefct. fama semper infracta.*

*quod*  
*benè ominandi causa*

P R Æ S E S.

Nec

**N**ec sine sole suo lux, nec sine luce sua sol,  
Nec sine laude sua Bremia sedulitas.  
Jucundum nexum! quàm conjuravit amicè  
Virtus, virtutis, gloria, fida comes.

*Nobil. & Politissimo DN. АУТОКЛ,  
своику & Amico suo  
estimando f.*

M. JO. GEORG. MULLERUS,  
Jenens.

---

**O**bstupuit penitus simul ac friguscula cæsa  
Effervescenti pectore sensit Eris;  
Torva supercilium tollens, *primordia jam nunc  
Cessant, quid lites post meditabor? ait.*  
En venus & memorem se jurat pronuba Juno,  
Dum, Fautor, docto pollice sistis opus,  
Sic astris juvat Astraam descendere terras,  
Nobile sed nomen surgit ad astra Tuum!

*DN. Contubernali ac amico suo  
suavissimo gratulab.  
apponbat*

PETRUS JOHANNES Preusse/  
Gvelpherb.









12403657

Vort





DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**FRIGUSCULO**

Von  
**Halt-Sinniger Diebel**

Quam  
PRÆSIDE  
**PETRO MULLERO,**  
U. J. D. & PROF. PUBL.

ad d. Mart.

IN JCTORUM AUDITORIO  
*publicè ventilandam proponit*

**JOHANN GEORG BRENNI**  
Altenburg. Misnic.

JENÆ,  
Typis PAULI EHRLICHII. 1707.